



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Actus permutationis potest tribus concurrentibus esse vitiosus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

currentis considerare & iudicare in eo qui vigilare studet super gregem suam . De illo autem cui cura non est an oves errent non oportet sollicitum esse quia iam iudicatus est.

*Actus permutationis potest tribus concurrentibus esse vitiosus.*

**P**ermutatio illicita est tripliciter . Primò ex communibus, si iniusta est, puta quia non seruatur æqualitas rei ad rem : & similiter si cum fraude aut dolo fiat. Secundò ex materia repugnante: vt si permulentur spiritalia, quasi æstimata pretio aliquo. Tertiò, ex materia prohibita, seu limitata est iure humano. Et hæc ponitur triplex. scilicet mancipia Ecclesiæ, quæ permutari si debeant, oportet seruari quæ de illis iura disponunt . Serui fugitiui quandiu in fuga sunt, qui prohibentur permutari . Et tertiò beneficia ecclesiastica: quæ licitè non permutantur cõmuniter: aut si pacta firmanur sine autoritate superioris, aut si fiat sine autoritate superioris, aut detur aliquid temporale pro spiritali, aut omnibus his seruatis, si permutando nulla cura est cui Christi oves committantur. Et hoc coram Deo est crimen maximum.

*Sententia vel opinioni propria pertinaciter inherens peccare potest.*

**P**ertinacia (qua homo in propria perseuerat sententia plus quàm oportet) peccatum est: utpote, à recta ratione dissonans . Oportet autem secundum subiectam materiam iudicare an sit mortale vel veniale peccatũ. Nam si pertinax quis est circa plantandam arborem, aut aliquid eiusmodi. hoc non perniciosum est, sed veniale. Si autè circa aliquid perniciosum (vt sunt ea quæ sunt fidei, & quæ nocet homini)

mortale